



quam exigebas, perderes, quam animam hominis istius falsa juratione perimere? Prostratus est, jussus est cedi. Casus est tam graviter, ut in dorso evangelicant vestigia plagarum apparent; sed dictum est illi, postea quam emendatus est, pariter innocentiae tuae, de cetero cave, ne facias. Fecit quidem ille magnum peccatum, & emendatus est, sed multo gravius peccatum facit, qui post istum meum sermonem, & istam meam admonitionem, & exhortationem, tale maliquid fecerit. Hæc Divus Augustinus. Sic etiam tenent S. Bonaventura in 3. dist. 39. art. 2. q. 3. S. Th. 2. 2. quest. 89. art. 4. Reiffenstuel lib. 2. decretal. tit. 7. n. 52. Abbas in Cap. Ceterum 5. de juramento calumnie n. 4. Pax Jordanus elucubrator vol. 3. lib. 14. tit. 22. num. 50. & 51. Gobat tom. 3. de jurament. num. 645. Felix Potestas tit. 1. part. 2. num. 1576. Bonacina, Castrop. Scotus, Vasquez, Silvester, & alii plures contra multos alios. Et ratio nostra est, quia nulla potest assignari justa causa, & necessitas tale juramentum exigendi. Tota enim justa causa, & necessitas esset, ut dicitur ipsimet adversarii, maxime tuitio proprii juris, recuperatio propriæ rei, firmatio veritatis, pacti, & hujusmodi atque nihil horum per tale falsum juramentum potest obtineri, immo contrarium potius resultat; quia statim ac ipse cum falsitate jurat, non tibi v. g. competere tale jus, tuam non esse talem rem, tibi non debere quod dicis, & hujusmodi, jus tuum non tueris, rem tuam non recuperas, sed potius perdis, immo sine ulla utilitate animam proximi, & tuam perdis, ut recte dicit S. Augustinus relatus in cit. Cap. Ille, qui 5. caus. 22. q. 5. adeoque &c.

53 Dicitur notanter *Nulla persona privata*, quia persona publica, ut publica, puta Jux, licite potest justa interveniente causa, & necessitate, exigere juramentum in ab eo, quem certo scit esse pejeratum. *Communis*. Et ratio est, quia Jux illud juramentum exigit juris ordine, & jus publicum, ac communis utilitas prævalet cuilibet juri privatæ personæ. Et quamvis Jux non prodesset privatæ personæ læsæ per recuperationem rei præsentis, ut vere, & realiter suæ, prodesset tamen Communitati, & Reipublicæ, quia si non posset licite Jux exigere juramentum ab iis, quos certo scit esse pejeratos, possent perversi fingere se certo pejeratos, ut sic à iudicis interrogatione eximerentur, quod cederet in maximum Reipublicæ præjudicium, & detrimentum. Tum quia posse Jux licite exigere juramentum ab eo, quem certo scit esse pejeratum, cedit in aliorum exemplum, qui sic deterriti, ne in damnationem propriæ animæ adducantur ad similia perjuria, seu falsa juramenta, abstinere se à plurimis cum non parvo Reipublicæ bono. Tum etiam quia cum Jux teneatur sequi præscriptum juris, adhibendo ea, quibus solet elici veritas, quando aut lex in particulari decernit, ut aliqua controversia juramento finiatur, aut una pars in defectu probationum juramentum juste possit ab altera parte, tenetur Jux exigere juramentum ab illa altera parte, ne se suspectum det, aut det justam occasionem scandali, quod est illi magis cavendum, quam peccatum privati, adeoque &c. Vide infra n. 56.

54 Non licet scienter alterum inducere ad jurandum falsum, quamvis ipse alter bona fide omnino credat esse verum. *Communis*. Et ratio est, quia talis sciens inducit alterum, ut adducat Deum in testem falsi, quod est intrinsece malum, quamvis jurans propter bonam fidem, & ignorantiam invincibilem excusetur à peccato. Sic v. g. Paulus sciens se esse illegitime natum, quamvis alii communiter certo putent esse legitimum, non potest sine gravi peccato alios inducere ad jurandum se esse legitimum, quia, quamvis tale perjuria respectu jurantium sit solum materiale, adeoque nullum peccatum ratione bonæ fidei, & erroris invincibilis, respectu tamen ipsius inducentis est formale, adeoque peccatum, quia, & cognitum, & volitum, immo per se intentum.

55 Licetum est cuique, necessitate, seu justa causa existente, ad damnum, vel injuriam cavendam, etiam

in contractibus, & aliis causis exigere juramentum à Pagano, qui per falsos Deos, aut Maometem certo noscitur juraturus, non quidem ut determinate juret tali modo, sed absolute, & in genere. Sic D. Augustinus Epist. 154. ad Publolum, & term. 30. de verbis Apostoli. D. Bonaventura loc. cit. S. Thomas 2. 2. q. 78. art. 4. & in 3. sent. dist. 39. q. unic. art. fin. ad 3. S. Antoninus 3. part. Summæ Theol. tit. 21. cap. 1. Lessina lib. 2. cap. 42. dubit. 10. n. 50. Reiffenstuel Theol. Moral. tract. 6. dist. 2. q. 3. num. 36. Felix Potestas tom. 1. part. 2. num. 1597. & alii passim. Sic enim Genesis 31. Jacob recepit juramentum à Laban Idololatra, & Machabæor. lib. 1. cap. 8. Judas à Romanis Idololatri; & id ipsum est quotidianum apud mercatores qui cum Infidelibus contrahunt. Non licet autem tale juramentum exigere sine necessitate, & justa causa, neque etiam licet aliquem inducere ad hoc determinate, quod juret per falsos Deos, quia esset cooperari alterius peccato, ut notant citati Sandi Patres, alique omnes.

Jux non potest à reis criminaliter inquisitis exigere juramentum, dum judicialiter, uti principales, examinantur. Sic novissime statuit Benedictus Tertius decimus in Conc. Romano tit. 13. de jurejurand. cap. 2. Vide verb. Reus num. 26.

Jusjurandum non male definitur: *Asseratio religiosa animo jurandi facta rei alicujus, adhibita invocatione Dei in testem, & vindicem.*

Summa jurisjurandi divisio est, ut sit vel promissorium, vel assertorium. Promissorium est, quod futura negotia concernit, ut major illis firmitas, aut securitas accedat; quale est Tutorum, Curatorum, Subceptorum, Vassallorum, Militum, Judicum, Advocatorum honores suscipientium; aliorum est & illud, quod conventionibus subinde apponi solet. De hujus postremi jurisjurandi efficacia tum Jure civili, tum Jure canonico agemus in addit. ad artic. III.

Asseritorium jurisjurandum est, quod presentia, ac præcipue præterita negotia respicit. Estque vel affectionis in litem, vel veritatis. De priori agitur in Pandectis in tit. de 62 in lit. jurand. Posterius, scilicet veritatis, vel à testibus 64 præstat, vel à ligantibus, sit hoc præstat, vel extra 65 judicium, vel in judicio. Illud dicitur voluntarium. Fundatur in conventionem quadam, seu transactione, ita ut, quæ aliâ in pactis & transactionibus attenduntur, ea hic quoque desiderentur.

In judicio varia juramenta sunt recepta. Occurrit primo loco juramentum judiciale, quod pars parti defert in judicio, Jux approbante.

Occurrit secundo juramentum necessarium, quod ob inopiam probationis Jux, etiam non rogatus, defert Actori, vel Reo. Estque vel Suppletorium, vel Purgatorium. 69 Suppletorium, quod Jux ei defert, qui semiplene, vel 70 plusquam semiplene probavit. Purgatorium, quod Juri canonico debetur, est quod Jux causa cognita, Reo defert, si vel suspicionibus à parte adversa allatis, semiplenam tamen probationem non constituentibus gravatus est; vel si actor alia de causa ad Suppletorium admitti nequeat ad illendas istas suspiciones.

Ad integritatem quoque judiciorum conservandam, 72 introductum est juramentum calumniæ, tum generale, tum speciale.

Habes, & quidem paucis omnes jurisjurandi species, 73 si addas jusjurandum Perhorrescentiæ, de quo in additione vel verb. Judicium dictum.

ARTICULUS II.

Juramentum quoad ea, quæ concernunt juramentum judiciale.

JURAMENTUM judiciale, prout respicit partes litigantes, dividitur in juramentum calumniæ, juramentum malitiæ, & juramentum de veritate dicenda; Ita in re communis. Juramentum calumniæ est illud, quo partes litigantes jurant, quod in judicio tam agendo, quam

excipiendo, & defendendo absque fraude, & calumnia versari, omniaque bona fide peragere velint: id est juramentum calumniæ est illud, quod in principio litis, vel postea, alterutra parte exigente, necessario Jux deferre debet; Actori quidem, ut juret non calumniandi animo litem se movisse, sed existimando bonam causam habere; Reo vero, ut juret quod putat se bona instantia uti ad relucendum, id est resistere Actori existimando se jus habere, ut habetur in leg. 2. in princ. Cod. de jurejurando propter calumniam. lic hoc dicitur juramentum calumniæ, subintelligendo, evitanda in causis, sicuti communiter cum Glossa in Cap. Si calumnia 1. de juramento calumnie in 6. verb. Calumnia exponitur illud Apostoli 1. ad Corinib. 7. Propter fornicationem, scilicet evitandam, unusquisque uxorem suam habeat, &c.

Calumnia enim, de qua evitanda hoc juramentum præstat, seu calumpniari in causis civilibus, est per meras frustrationes negotium differre, vel per fraudem alios litibus vexare, leg. Si calumniatur 233. in princ. ff. de verb. Signif. ubi dicitur, quod Calumniatores appellati sunt, qui per fraudem, & frustrationem alios vexarent litibus. Calumniari autem in causis criminalibus, nihil aliud est, quam falsa crimina inventis: l. 1. §. 14. ff. Ad S. C. Turpilianum.

Juramentum calumniæ præstari debet super quinque capitibus, ut tradit Glossa communiter recepta in cap. Inherentes 1. de juramento calumnie, verb. Calumnie Juramentum, ubi sic expresse habet: "In juramento calumniæ quinque capitula continentur, scilicet: quod credat se bonam causam habere, interrogatus non negabit, quod verum esse credit, nec uter scietur scienter falsa probatione, & quod dilationem non petat in fraudem, nec dedit, nec dabit, nec promittet aliquid pro hac causa: nisi illis personis, quibus leges dare permittunt" & ibi hæc quinque his versibus comprehendit.

Illud juret, quod liti sibi justa videatur. Et si quaeratur, verum non inficietur. Nil promittetur, nec facta probatio detur. Ut liti restetur, dilatio nulla petetur.

Ubi, ut vides, in juramento calumniæ debet quis jurare: Primo, quod credat se justam causam habere, & fovere bonum jus, leg. 2. Cod. de jurejurando propter calumniam. Secundo, quod in judicio interrogatus veritatem respondebit super omnibus; Glossa l. c. Tertio, quod nihil promiserit, dederit, seu datum sit per se, vel per alios causa patrocini judicibus, aliisve personis, exceptis iis, quæ propriis Advocatis, aliisque personis, quibus à jure dari permittitur: Authent. Principales, Cod. de jurejurando propter calumniam. Quarto, quod non utretur scienter falsa probatione: Authent. In isto Juramento Cod. eod. Quinto, quod nullam petat calumniosam dilationem, neque probationem superfluum exigit ab Adversario in fraudem, sive animo protrahendi, seu differendi litem; & causam, leg. 1. & Authent. In isto Juramento Cod. eod.

Juramentum malitiæ est illud, quod præstat non super tota causa, sed super exceptionibus, vel aliis singularibus articulis, sive ante, sive post litem contestatam, quoties est præsumptio contra partem litigantem, quod malitiose proponat exceptionem, vel petat dilationem, & hujusmodi: Est in re communis arg. c. Pastoralis 4. de exceptionibus, & c. Ultra tertiam 55. de testibus, & desumitur clare ex c. In appellationis caus. 2. de Jurament. calumnie in 6. §. In omnibus autem causis: & Glossa ibid. verb. Malitiæ.

De calumniæ juramento tractando, quid praxis observet, inseritur, nequidquam in iudiciis calumniöse peragatur; (1) nihilominus per consuetudinem, in desuetudinem de tribunalibus regis abicit. Actionibus, aut exceptionibus in quibus requirebatur, subrogatum advertitur malitiæ juramentum. Nullitas ulla haud inducitur, nisi à parte petitum, à Judicibusque ejus fuerit præstatio dupliciter præcepta: (2)

Juramentum malitiæ differt multipliciter à juramento calumniæ. Primo, quia juramentum malitiæ potest exigi, tam ante, quam post litem contestatam; cit. c. In appellationis caus. 2. de Juram. calumnie in 6. §. In omnibus autem causis: Juramentum autem calumniæ, exigigi potest tantum post litem contestatam; arg. cap. Si de calumnia 1. de juramento Calumnie in 6. Secundo, juramentum malitiæ potest exigi toties, quoties aliquid malitiose dicit, vel fieri præsumitur, cit. c. In appellationis causa §. In omnibus autem causis. Juramentum vero calumniæ in eadem instantia, & ab eadem persona, non nisi semel præstandum est. Auth. De iis, qui ingrediuntur §. fin. collat. §. & authent. In isto juramento. Cod. de jurejurando propter calumniam, ubi expresse prohibetur: Ne capius juret in causa. Et concordant c. Et si Christus 26. de jurejurando, & c. 10. de proban. Testio, juramentum malitiæ exigitur solum super aliquibus particuliaribus articulis, super quibus adest præsumptio, quod aliquid malitiose proponatur, vel petatur; testis: Juribus verb. num. 7. Juramentum autem calumniæ exigitur super tota causa, seu lite; Authent. Hoc Sacramentum Cod. de Juramento calumnie. Quarto, juramentum malitiæ fuit semper præstitum, tam de jure antiquo; quam novo, nedum in causis profanis, & civilibus, sed etiam in ecclesiasticis, & spiritualibus, ut patet in cap. Cum dilectus 32. de Electione, & c. Literas 13. de restitutione spoliation. Juramentum vero calumniæ olim præstatur solum in causis profanis, & civilibus, & non in causis ecclesiasticis, & spiritualibus, & in istis præstatur solum de jure novo, ut expresse habetur in capitulo. Si de calumnia 1. de Juramento calumnie in 6. §. Quamvis in causis spiritualibus: non de, non daturus scilicet, ubi dicitur: Juramentum de veritate dicenda est illud, quod præstat super scientia, seu veritate, quam quis scit dicenda. Hinc juramentum hoc stricte, & rigorose loquendo cadit solum super scientiam (atque explicatur per verbum Scio) & non mere super credulitatem. Unde in rigore juris jurans de veritate dicenda non tenetur respondere, nisi id, quod vere scit, & novit per proprios sensus; arg. cap. Hortamaro 20. caus. 30. quest. 9; ut patet clare de testibus, qui regulariter non probant nisi deponant de scientia, sive de iis, quæ propriis sensibus perceperunt; textu expresso in c. Testes 15. caus. 31. quest. 9.

Juramentum de veritate dicenda, & juramentum calumniæ, partim conveniunt, & partim differunt. Conveniunt primo, quia utrumque potest exigi, ac præstari tam in exordio litis, quam in qualibet ejus parte, textu expresso in cap. Si de calumnia, seu veritate dicenda 1. de Juramento calumnie §. 8. in 6. Secundo conveniunt, quia utrumque etiam in causis spiritualibus est nunc de facto præstandum cit. cap. Si de calumnia §. fin. quamvis olim in causis spiritualibus non fuerit præstandum Juramentum calumniæ, textu expresso in cap. Literas 2. de Juramento calumnie. Tertio, conveniunt, quia in causa appellationis, tam de veritate dicenda, quam de calumnia jurari debet, non obstante, quod à principio taliter juratum fuerit, textu expresso in c. In appellationis causa 2. §. 1. de juram. calumnie in 6.

Differunt vero primo, quia juramentum calumniæ est juramentum credulitatis, quo quis jurat se credere, quod bonum jus foveat. Unde explicari solet per verbum Credo. Juramentum autem de veritate dicenda est juramentum de scientia, seu de veritate, quam quis scit dicenda, atque fit per verbum Scio. Hinc jvat, & valde utile, & expediens est præstare juramentum calumniæ exigere à parte adversa etiam juramentum de veritate dicenda; sicuti de facto utrumque simul jun-

(1) L. 23. tit. 12. p. 4. Juramento Calumniæ, que quiere tanto decit, como jura que hacen los omes, Ferrar. Bibliothecæ Tom. IV.

que andarán verdaderamente, y sin engaños: (2) Vid. verb. Judicium. Vv

18 jungitur, & exigitur in cit. Si de calumnia r. & cit. c. In appellationis causa 2. de Juramento calumnie in 6. Pithing. lib. 2. decret. tit. 7. n. 28. Reiffenstuel ibid. n. 14. & alii. Secundo differunt, quia juramentum calumnie, cum feratur super tota causa, respicit multa capitula, juxta dicta, & adducta supra sub num. 5. & 6. Juramentum autem de veritate dicenda respicit unum solum capitulum, scilicet illud, super quo exigitur, & prastatur, quodque a jurante scitur, juxta dicta, & adducta supra num. 5. Tertio differunt, quia juramentum de veritate dicenda est species juramenti ut sic. Non sic tamen juramentum calumnie; Ancharanus in cap. In appellationis causa 2. de Juramento calumnie in 6. num. 4. Reiffenstuel loc. cit. num. 14. & alii.

12 Juramentum judiciale, prout respicit decisionem causarum, dividitur in juramentum decisorium litis, & juramentum in litem; Communis. Juramentum decisorium litis est illud, per quod deceditur lis principalis. Juramentum in litem est illud, per quod deceditur aestimatio rei. Est in re communis.

14 Juramentum litis decisorium est triplex, scilicet Voluntarium, Judiciale, & Necessarium; Communis. Juramentum voluntarium, seu conventionale est illud, quod voluntarie, seu ex mera conventionne partium extra judicium defertur sub eo pacto, quod, si una pars litigans, cui illud ab altera parte defertur, confisa de justitia suae causae juraverit, absque alio processu causam obtineat; arg. l. Jusjurandum quod 17. ff. hoc tit. ubi sic habetur; Jusjurandum, quod ex conventionne extra Judicium defertur

16 Sec. Juramentum judiciale, seu Juramentum Judiciale specificum sumptum, est illud, quod a parte parti defertur in Judicio Judice approbante, & tunc illa pars, cui defertur, tenetur, vel jurat, vel parti deferenti juramentum referre, alioquin causam perdet, seu solvere tenebitur, cap. Cum causam 7. de Juramento calumnie, & l. Jusjurandum 34. §. Datur autem ff. eodem. Juramentum necessarium, seu Juramentum suppletorium est illud, quod per Judicem alterutri parti ob defectum plenae probationis, sive in ejus supplementum defertur; c. Sicut, 2. de probationibus, ubi Glossa verb. Cum alia: c. Fagnan. n. 5. Barbosa num. 4. & alii passim. Dicitur autem necessarium, partim quia Judex quandoque illud deferre cogitur, & partim, quia delatum sine justa causa recusari non potest, cit. cap. Cum causam 7. de Juramento calumnia, & leg. Generaliter 12. §. Si autem Cod. De rebus cred. & Jurjurando.

18 Juramentum in litem est quoque triplex, scilicet Juramentum in litem de veritate, Juramentum in litem de aestimatione, & Juramentum in litem de interesse; Communis.

19 Juramentum in litem de veritate, seu vera aestimatio est illud, quod defertur spoliato, aut damnum passus super vera aestimatione, seu valore rei per vim, aut dolum alterius amissae, quando alia probatio haberi non potest, l. In actionibus, §. Sed & in his ff. de in litem iurando. Si quis enim v. g. legitime probaverit violentiam sibi factam, nec tamen singula ablata liquido probare valeat, eo quod difficile sit probare singulas minutas quantitates, seu parvas res ab hoc sibi ablatas fuisse, tunc Judex inspecta personarum, & negotii qualitate, debet damnum illatum taxare, & postea damnum passo juramentum super rebus sibi ablatas, earumque valore deferre, quod videlicet tantum, & non minus sibi ablatum fuerit, & in tali casu erit standum ejus juramento usque ad quantitatem taxatam, Textu expresso in l. Si quando 9. Cod. Unde vi, & cap. Super eo 7. de iis, quae vi, metusve causa fiunt.

20 Juramentum in litem de aestimatione est illud, quod defertur spoliato, aut damnum passo, non tantum super vera aestimatione, seu valore rei sibi dolo ablatæ, vel destructæ, sed etiam quantum res illa valebat juxta suam affectionem. Si quis enim v. g. mihi abstulerit, aut destruxerit codicem, seu librum valentem communi aestimatione, quinque scuta, & ego non dedissem pro decem scutis, eo quia mihi charissimus erat ob singulares annotationes magno meo labore in ipso conscriptas, tunc Judex in penam dolose, aut contumaciter restituere recusantis, potest mihi injuste spoliato deferre Juramentum,

quo juxta etiam meam privatam affectionem erga talem codicem, seu librum illum sic aestimem, & jurem, quod illum nec dedissem pro decem scutis, & inde Judex, si non plus taxavit, potest ipsum taxare, & juxta communem aestimationem, & privatam meam limitatam, & rationabilem affectionem, l. Videamus 4. §. Deferre, & §. Item videndum ff. de in litem iurando, & ibi Glossa verb. Ex magna causa, vers. Tu dicas.

21 Juramentum in litem de interesse est illud, quod defertur, & prastatur super interesse singulari, & extrarem. Si quis enim v. g. pecuniam pedes me deposuerit tali tempore restituendam, & ego dolose pro tali tempore non restituerim, & ideo ipse grave damnum sit passus, ex quo defectu talis non restituitur pecunia perdidit pigora sub usuris, vel fuerit coactus, emere merces interim pretio adauctas, tunc Judex propter meam dolosam, & culpabilem dilationem restituendi pecuniam, potest deferre Depositorio juramentum in litem de suo interesse singulari extra rem scilicet, ut ipse juret in litem secundum aestimationem damni, quod passus est ratione meae dilatae culpabiliter, & dolose ultra conventum tempus, restitutionis talis pecuniae, & hujusmodi; leg. Nummis 3. §. Nisi forte ff. de in litem iurando.

Ad Juramentum litis decisorium, ejusque delationem requiritur, quod lis existat dubia, nec alio modo legitimo de veritate constare possit; Communis, textu expresso in cap. Sicut 2. de probationibus, ubi reprobatur etiam consuetudo in contrarium, ibi: Nos, cum tunc demum ad hujusmodi (scilicet juramentum) sit suffragium recurrendum, cum alia legitima probatio desite noverit, talem consuetudinem reprobamus.

Ad Juramentum litis decisorium voluntarium, seu conventionale requiruntur, & sufficient ea, quae requiruntur, & sufficient ad pactum, seu transactionem ut sic, id est, ut tam defersent, quam prastans juramentum à jure non prohibeantur, nec simpliciter, nec super tali re jurare, seu transigere, juramentum enim voluntarium, seu conventionale speciem continet transactionis, l. 2. ff. hoc titulo, adeoque ad istud sufficient ea, quae ad transactionem Communis.

Ad Juramentum litis decisorium judiciale, seu quod pars parti defert in judicio, requiritur insuper, quod causa cognita sit à Judice approbatum; l. In bonae fidei Cod. de rebus creditis, & l. Generaliter §. Sed Juramentum Cod. eod. ubi sic expresse habetur: Sed Juramentum illato cum hoc à partibus factum fuerit, & à Judice approbatum.

Ad Juramentum necessarium, seu suppletorium plura copulative requiruntur. Primum, ut causa sit dubia, nec alia possint haberi legitime probationes; cit. c. Sicut 2. de probationibus. Si enim Actor plene probavit, Reus est condemnandus, nec tunc est locus juramento suppletorio, cit. cap. Sicut 2. & cap. In praesentia 8. de probationibus. Secundo, quod causa sit saltem semiplene probata. Si enim Actor nihil probavit, absolvendus est Reus, etiamsi is nihil praestiterit; l. Qui accusare Cod. de edendo, cap. Cum Ecclesia 3. §. fin. de caus. possessor. & cap. Juramenta 36. §. Sane de Jurjurando, ubi sic praecise statuitur: Sane si Actor omnino in probatione defecerit, Reus debet (etiam nihil praestiterit) obtinere. Et in ejus Summario sic dicitur: Actor nihil probante, Reus est atque omni onere absolvendus. Sic Doctores communiter.

22 Juramentum litis decisorium voluntarium libere potest recusari, adeo ut nec sic opus illud referre alteri parti; Glossa in l. Jusjurandum, quod ex conventionne ff. de Jurjurando, verb. non potest: Jason ib. num. 1. Abbas in cit. cap. Juramenta num. 1. Reiffenstuel lib. 2. decret. tit. 24. num. 221. Valensis de Jurjurando §. 5. num. 1. & alii passim. Tale enim juramentum, cum sit omnimode voluntarium, nequit deferri, nec referri in invitum, argum. leg. 1. 2. & 3. De Jurjurando. Nisi forte inter partes jam fuerit conventum, quod una earum determinate juret, tunc enim ab ea prastandum est juramentum, alias succumbet, adeo ut si illa nolit postea jurare, sed velit juramentum alteri parti deferre, istud referre non potest; Jusjurandum, quod ex conventionne ff. de Jurjurando, ibi: Jusjurandum, quod ex conventionne extra judicium defertur, referri non potest. Ferrar. Bibliothec. Tom. IV.

est. 190. num. 19. & alii passim innixi cit. c. Juramenta 36. de Jurjurando §. Sane, ubi sic dicitur: Praesumptione vero faciente pro illo (scilicet pro Actore, ut explicat Glossa) Reo deferri potest ad ostendam suam innocentiam juramentum, nisi Judex (in specie personarum, & causae circumstantiis) illud Actori videat deferendum. Quibus verbis, ut vides, statuitur juramentum esse potius ceteris paribus deferendum Reo, quam Actori, hic autem cetera supponuntur esse paria, cum supponatur, & quod Actor semiplene probaverit suam intentionem, & Reus suam defensionem, & sit aequalis conditio, atque legalitas utriusque, adeoque ceteris paribus, Reo potius, quam Actori est deferendum Juramentum, favente etiam Regula undecima juris in 6. ubi sic expresse statuitur: Cum sunt partium Jura obscura, Reo favendum est potius, quam Actori, & leg. Favorabiliores ff. de regulis Juris, ubi sic dicitur: Favorabiliores Rei potius, quam Actoris habentur.

27 Si Actor semiplene probaverit, Reus autem nihil praestiterit, & sint ambo aequae legales; tunc juramentum est Actori, & non Reo deferendum; Jason in Receptis, leg. Admonendi num. 314. ff. de Jurjurando, Menochius lib. 2. de Arbitrar. Judic. car. 90. n. 19. & 20. Pithing. lib. 2. decret. tit. 24. num. 90. Reiffenstuel ib. num. 195. Fachineus lib. 1. controver. Jur. c. 18. & alii. Et ratio est, quia cum Reus, ut supponitur, nihil ad suam defensionem praestiterit, sed solum verbis Actoris intentionem negaverit: Actor vero ipsam suam intentionem semiplene probaverit, Judex debet induci ad opinandum melius, & potius juxta ipsius Actoris, quam Rei. Unde cum Reum absolvere non possit, nec debeat, ex quo per semiplenam probationem Actoris contra ipsum sit pe ne convictus: neque ipsum Reum simpliciter condemnare possit, & debeat, ex quo Actoris intentio non est plene, sed solum semiplene probata; debet Judex ex probationis inopia causam Jurjurando Actoris decidere; textu expresso l. In bonae fidei 3. Cod. de rebus creditis, ibi: "In bonae fidei contractibus, nec non & in ceteris causis inopia probationum per Judicem Jurjurando causa cognita res decidi oportet.

28 Si non omnia sint paria ex parte Actoris, & Rei relinquuntur Judici, ut exacte, perpensis personarum, & causae circumstantiis, cuiusnam parti Juramentum deferre debeat, prudenter resolvat; arg. cap. Juramenta 36. de Jurjurando §. Sane: Glossa ibid. in probatione, Abbas ibid. num. 9. Joan. Andr. num. 6. Reiffenstuel l. c. n. 197. & alii passim.

29 Quando Actor plene probavit suam intentionem, Reus est condemnandus, nec tunc est locus juramento suppletorio, cap. Sicut 2. In praesentia 8. de probationibus, & Communis Doctores. Quando autem Actor nihil probavit, absolvendus est Reus, etiamsi is nihil praestiterit; nec tunc opus est, ut Reus juret, etiamsi is nihil praestiterit; l. Qui accusare Cod. de edendo, cap. Cum Ecclesia 3. §. fin. de caus. possessor. & cap. Juramenta 36. §. Sane de Jurjurando, ubi sic praecise statuitur: Sane si Actor omnino in probatione defecerit, Reus debet (etiam nihil praestiterit) obtinere. Et in ejus Summario sic dicitur: Actor nihil probante, Reus est atque omni onere absolvendus. Sic Doctores communiter.

31 Juramentum litis decisorium voluntarium libere potest recusari, adeo ut nec sic opus illud referre alteri parti; Glossa in l. Jusjurandum, quod ex conventionne ff. de Jurjurando, verb. non potest: Jason ib. num. 1. Abbas in cit. cap. Juramenta num. 1. Reiffenstuel lib. 2. decret. tit. 24. num. 221. Valensis de Jurjurando §. 5. num. 1. & alii passim. Tale enim juramentum, cum sit omnimode voluntarium, nequit deferri, nec referri in invitum, argum. leg. 1. 2. & 3. De Jurjurando. Nisi forte inter partes jam fuerit conventum, quod una earum determinate juret, tunc enim ab ea prastandum est juramentum, alias succumbet, adeo ut si illa nolit postea jurare, sed velit juramentum alteri parti deferre, istud referre non potest; Jusjurandum, quod ex conventionne ff. de Jurjurando, ibi: Jusjurandum, quod ex conventionne extra judicium defertur, referri non potest. Ferrar. Bibliothec. Tom. IV.

Tale enim juramentum extra judiciale, quamvis à principio sit voluntarium, tamen ex praevia conventionne, seu susceptione redditur necessarium, juxta illud vulgatum: Quod à principio est voluntaria, ex post facto fit necessitaria, atque patet ex leg. Sicut Cod. De action. & obligat. & leg. In commodato §. Sicut ff. Commodati, & facit Regula 85. Juris in 6. ibi: Contractus ex conventionne legem accipere dignantur, & sic tenent Doctores citati.

Juramentum judiciale, quod Judice approbante à parte parti referatur, nequit libere recusari, sed pars, cui delatum est, debet aut jurare, aut juramentum referre, aut solvere; leg. Jusjurandum 34. §. Ait Praetor ff. de Jurjurando, ibi: Ait Praetor, eum, à quo Jusjurandum petetur, solvere, aut jurare cogam. Alterum itaque eligat Reus, qui solvat, aut juret... Datur autem, & alia facultas Reo, ut, si jurabit, referat Jusjurandum, & concordat l. Marcellus §. final. ff. de aliam. rerum amotar. & concordat l. Marcellus §. final. ff. de aliam. rerum amotar. & l. Ideo Labeo ff. eodem. Et ratio est clara, quia conventus actione famosa, v. g. quod gemmam, vel annulum abstulerit, melius praesumitur scire veritatem, quam Actor gemmam, seu annulum hujusmodi repetens. Unde jure merito taliter conventus non permittitur juramentum sibi ab Actore delatum eidem referre, cum talis Reus certo sciat, an gemmam, seu annulum alteri abstulerit, quod Actor tam certo scire non potest, cum dentur gemmae, & annuli multum sibi similes, adeoque non possit adeo certa, & tuta conscientia jurare, & sic dicendum venit de conventis super aliis criminibus infamiam irrogantibus, melius enim ipsi praesumuntur scire veritatem, scilicet, an commiserint illa crimina nec ne, quam Actores, seu Accusatores eorum.

Juramentum litis decisorium necessarium, seu à Judice parti delatum sine justa causa recusari non potest, nec etiam alteri parti referri, & si secus fiat, tunc illud recusans habetur pro convicto, c. Juramenta 36. de Jurjurando, & leg. Generaliter 12. §. Si autem Cod. de rebus creditis. Est communis ratio.

Juste autem causa recusandi juramentum necessarium, vel etiam judiciale à Judice approbatum, plures à Doctores assignantur. Prima justa causa est, si Actor plene probavit suam intentionem, tunc enim potest is recusare juramentum sibi ulterius oblatum, sive à parte, sive à Judice; non enim potest amplius compelli jurare; cap. Sicut 2. & cap. In praesentia 8. de probationibus. Secunda est, si Actor nihil probavit, nequidem semiplene, tunc enim Reus nequit cogi ad jurandum, quamvis Actor se obtulerit ad standum ejus juramento; leg. Qui accusare, Cod. de edendo, cap. Cum Ecclesia 3. §. final. de causa possessor. & cap. Juramenta 36. §. Sane de Jurjurando. Tertia est, si is, cui defertur, vel referatur ejusmodi juramentum, veritatis, ac rei gesta est ignarus, vel probabiliter ejus oblivionem, aut ignorantiam allegat, leg. Jurandum §. 1. ff. de Jurjurando, leg. Marcellus §. Qui rerum ff. de action. rerum amotar. Glossa in cit. cap. Juramenta, verb. Nisi justa de causa: r. Quarta est, si materia, vel causa sit talis, quod super ipsa nequeat deferri, seu referri juramentum; tunc enim juramentum merito potest recusari, ut v. g. in materiis, & causis arduis, & magni momenti, vel praedictis in quibus ob avaritiam hominum inagis urget periculum perjurii, gravisque praedicti proximo iniuste inferendi; Sic tenent communiter Doctores cum Pithing. lib. 2. decretal. tit. 24. num. 56. Reiffenstuel ibi.

dom num. 186. § 233. Quinta est, si causa sit criminalis, & agatur criminaliter ad vindictam publicam; tunc enim potest recusari juramentum suppletorium, quia in tali causa probationes debent esse luce meridiana clariores; leg. ultim. Cod. de probationibus, & necesse est, ut Reus confessus, vel convictus sit, ut condemnari possit; leg. Qui sententia 16. Cod. de panis. Sexta est, si actiones, vel personæ sint tales, quæ coram tali Judice tractari, seu conveniri non possint, tunc enim potest recusari juramentum, quia non cogitur quis ibi jurare, ubi non potest conveniri; leg. Tutor §. finali. ff. de jurjurando. Septima est si persona, cui defertur juramentum, non teneatur jurare, ut pupillus, procurator, aut defensor rerum alienarum; Isti enim non possunt compelli ad jurandum; leg. Jusjurandum §. Pupillo ff. de jurjurando. Octava est, si persona deferens prohibeatur alteri deferre juramentum, ut procurator non habens ad hoc speciale mandatum, vel generale mandatum cum libera, & plena facultate, leg. Jusjurandum, quod ex conventionem §. finali. ff. de jurjurando. Item prodigus, & furiosus cum similibus, leg. Tutor §. Prodigus. ff. de jurjurando.

Quamvis omnes homines rationis usu præditi ex natura rei sint capaces juramenti edendi, etiamsi pueri ante pubertatem, prout constat ex cap. Pueris 1. de delictis popalarum, ubi habetur, pueros ante quartumdecimum annum perjuros esse posse: tamen pueri ante talem 14. annum, seu ante pubertatem non sunt cogendi ad jurandum in Judicio, textu expresso in cap. Parvuli 14. Et cap. Pueris 15. caus. 22. quest. 5. quia, ut dicit S. Thomas 2. 2. quest. 80. ad 10. in corpore, pueri nondum habent perfectum usum rationis, quo possint cum reverentia debita juramentum prestare. Immo ad jurandum in judicio ante talem annum non sunt admittendi; quia nondum tantam rationis discretionem habere censentur, ut eorum juramentum cum partis litigantis præjudicio recipi debeat; Layman. theol. moral. lib. 4. tit. 3. cap. 12. num. 3. Sanchez lib. 3. in decalog. cap. 3. n. 6. Pirhing. lib. 2. decretal. tit. 24. num. 21. & alii passim, arg. leg. 3. §. Lege Julia ff. de testibus, & similibus.

Perjuri ad jurandum in Judicio non admittuntur, cit. cap. Parvuli 14. caus. 22. quest. 5. & tenet Communis Doctorem, quia cum semel pejerasset constet, periculum, & suspicio est eos iterum esse pejeraturos. Item ad jurandum in Judicio non admittuntur infames infamia Juris, vel facti, usurarii, Judæi, inimici capitales, pauperes suspecti de perjurio, nec ulli alii, qui ratione macula, seu viti, aut defectus repelluntur a testificando; arg. Nulli 3. q. 4. Cap. Constitutum 3. q. 5. cap. Testes 2. quest. 7. cap. Præterea 7. de testibus cogend. cum similibus, & concordat textus in Lege Julia ff. de testibus cum similibus, vide verb. Testes. Supradicti autem admittendi non sunt in Judicio solum ad juramentum, quod ad honorem, vel favorem jurantis spectat, ut est juramentum purgationis, vel probationis supplendæ, vel etiam testimonii ferendi. Juramenta autem, quæ potius oneris sunt, quam honoris, ut est juramentum calumnizæ, & fidelitatis, & hujusmodi, etiam perjuri, & alii infames prestare debent, & hoc ne videantur de sua malitia commodum reportare, ut de aliis dicitur in cap. Intelleximus 7. de Judiciis. Sic Glossa in cit. cap. Parvuli 14. caus. 22. quest. 5. verb. Causa: Sanchez lib. 3. cap. 2. num. 5. Layman l. c. n. 3. Pirhing. l. c. num. 23. & alii passim. (Lex 6. tit. 9. p. 1. lit. B pag. 75. num. 51.)

¶ Omnes Juramenti judicialis species persequi nimum esset. Pauca tantum habebimus de Juramento suppletorio, tum de Juramento purgatorio.

Suppletorium Juramentum non inveteratis nostrorum Pragmaticorum erroribus, uti Faber de error. pragmatic. Decad. 19. error. 1. blaterat; sed Juri civili in l. 31. ff. de jurjurando, & in l. 3. Cod. eod. confirmato à Jure canonico in cap. 2. de Probationib. originem debet. Consule Seraphin de privileg. Juramenti. priviil. 33. num. 3.

Est autem Juramentum suppletorium, quod à Judice causa cognita, vel Reo si suam exceptionem, vel Actor si actionem, licet non perfecte, tamen ad minimum sempleme probavit, ad decidendam hanc causam dubiam imponitur, Parte etiam non petente.

Postea sempleme probatione, de qua adendum Stryk Juridic. dissert. vol. 7. disput. 1. per tot. requisita Juramenti suppletorii commodissime ad tres illos Juramentorum comites, veritatem scilicet, iudicium & justitiam referri possunt.

Requiritur igitur primo veritas. Hinc Juramentum suppletorium, super credulitate deferri nequit, ut quidquid contradicat Carpov. Jurisprud. Forens. part. 1. constit. 23. definit. 8. firmat Esbach Not. in Carpov. loc. cit. num. 2. Stryk de Jur. sensum in promio n. 39. & sequens. Adde Brunem. de process. civil. c. 23. n. 23. & sequens.

50 Vide tamen casus in quibus Juramentum suppletorium super credulitate deferri potest apud Bohemer. in Decret. lib. 2. tit. 24. §. 73.

51 Requiritur secundo iudicium. Hoc desultorium levitatem in jurando respuit, temeritateque excludit, e contrario plenam animi deliberationem in jurante exigit, ut cogitationibus negotium accurate perpendat. Oportet igitur Juramentum personam esse legalem & fide dignam; Quapropter ei, contra quem presumpit, quod falsum dicat Juramentum, hoc haud defertur, tamen si semplem probationem pro se habeat. Neque hoc remedium iuris semel pejeranti homicidæ, usurario, condemnato actione furti, injuriarum, aliisque infamia Juris & facti notatis conceditur.

53 Requiritur demum Justitia, quæ observatur, dum Judex ad hujus Juramenti delationem non nisi causa cognita devenit.

54 Pertinet autem potissimum ad hanc causæ cognitionem, ut Judex probe perpendat, an causæ qualitas ita sit comparata, ut supplementum hoc probationis admittat. Quædam enim privilegiata hanc probationem respiciunt, & ordinaria probationem desiderant.

55 Huc pertinent primo causa criminales, vide tamen limitationes apud Carpov. de process. tit. 12. art. 2. num. 73. Secundo causæ matrimoniales. Tertio causæ famosæ, in quibus condemnatus evadit infamis.

56 Quinimo in omnibus actionibus civilibus, quæ sunt arduæ, quamvis sempleme probatio facta sit, Juramento suppletorio locus haud est. Tales sunt pecuniariz gratiæ, beneficiæ, feudales, causæ status, aliisque plures. Confer Minsinger. centur. 1. observat. 69. Seraphin de privileg. Juram. priviil. 33. num. 129. & seq. Nota vero, causas hæc haud excludere probationem semplem majorem, cum legitimitate personæ, pro qua Jus præsumit conjunctionem, quia tunc demum suppletorium Juramentum locus sibi vindicat.

58 Vide & alios casus, in quibus locus haud datur Juramento suppletorio apud Stryk Juridic. dissert. vol. 7. disp. 1. cap. 5. §. 8. & potissimum vol. 11. disp. 29. quæ est de causis Juramentum suppletorium respicientibus.

59 Num autem contra Juramentum suppletorium jam præstitum probatio contrarii admittatur, non levis questio est. Affirmat tamen Carpov. Jurisprud. Forens. p. 1. constit. 15. definit. 5. Nicolaus Calvulus in Praxi Judiciali §. Sententia definitiva conclus. 1. num. 97.

60 Devenimus ad Juramentum purgatorium. Hoc Judex in causa dubia Actor, vel Reo suspitione, probatione sempleme inferiori gravato, ad eam ellidendam imponit, & quidem ex officio.

61 Quæ autem præsupptiones adesse debeant, ut purgatorio huic Juramento sit locus, tradunt Lauterbacus, Struvius, aliique ad Tit. ff. de Jurjurando.

62 An post hujus Jurisjurandi præstationem locus sit probationi contrarii, pariter disputatur, sententiamque affirmativam tenent Deser. de Jurjur. lib. 3. cap. 11. num. 45. & seq. Brunem. de process. civil. cap. 23. num. 38.

63 Idque non solum si Juramentum purgatorium in causa civili præstitum sit, verum etiam si præstitum in causa criminali; Minsinger. cent. 2. observat. 82. sepe per tot. Faber. de confront. disp. 3. Thez. 16.

65 Sequitur hinc, quod is qui iure retractus legali uti vult ad ellidendam fraudis suspensionem, licet juramento se purgaverit, quod pro se non pro alio retrahat, nihilo tamen minus contra hoc Juramentum locus est probationi contrarii, Menochi de arbitrar. Jud. quest. 76. lib. 1. quest. 17. Suárez in thesaur. recept. opinion. lit. I. num. 313. Alia exempla afferit Stryk Juridic. dissert. vol. 7. disp. 28. cap. 6. §. 7.

67 Omitendum haud est, diversum ab hoc purgatorio Juramento esse juramentum de veritate dicenda, quod nonnullis in tribunalibus Reis indistincte deferretur ex consuetudine potius, quam ex iure. Quo circa prohibito facta à Concilio Romano tit. 13. c. 62. hujus Juramenti de veritate dicenda, non cadi super Juramento purgatorio.

(Videantur leges 39. tit. 11. p. 8. cum tit. 12. lib. 2. Reg. Fer.: demonstratur, quid & quotuplex sit juramentum: à quo, & per quem est deferendum, ac recipiendum: quibus super rebus, quibusve locis præstandum: commodum ex eo proveniens: ex eodem quomodo obligatio oriatur: discretim inter juramentum, diffinitivamque sententiam: quibus prosi, aut nocet: casibus in quibus vel non litibus finis imponitur; præstandi à Christianis, Judæis, & Saracenis juramentum formula præscribitur, de calumnia, & à quibus in lite est faciendum: licet eadem sit vis juramenti ac sententia, dantur casus, in quibus illud potest revocari: quas ponas incurrat falso testificans: quando si juratum non adimpleatur, jurantes exactionem merentur; nil hic præter relata addendum videtur: nam si in diâis tirahis contenta, tit. 4. lib. 3. Ord. Reg. tit. 7. lib. 4. Recop. Cast. in addit. huic verbo suppositis, ac verb. Testis, comprehensa, fuerint perfecta, preventum distinctio cum Auctoris doctrina; si omnia in eis stabilita exacte secernerentur, à quolibet absdubio erit animadvertum, huic tractatum desiderare alium locum, ubi hæc materia plane aperitur: quia cum in multis convenienter leges, in aliis differant, prætereaque necessarium esset quæ in praxi versantur, adnotare, pro nunc aliis occupationibus detentus, etsi voluntas non deficit, non valeo votum meum in effectum perducere; & quid dicendum, dum interner, omnia de sententis loquentia referre esse necesse; vid verb. Appellat. & Sententia?)

ARTICULUS III.

Juramentum promissorium quoad ea, quæ concernunt ejus interpretationem, obligationem, irritationem, dispensationem, & relaxationem, seu remissionem.

SUMMARIUM.

- 1 Juramentum quomodo est interpretandum: juramentum servandi status alicujus ecclesie capituli & an extendatur ad futura: quid si fuerit declaratum; ad num. 14.
- 15 Quomodo obliget omne promissorium juramentum quando in eo nulla cadat obligatio: metu extortum quid: obligatio juramenti an sit personalis; ad num. 22.
- 23 Munus aliquod sine precedenti juramenti præstatione recipiens est eo servanda; quæ antecessores jurarum utrum teneatur: quale ad heredes transeat; ad num. 24.
- 25 Qualis potestas circa irritationem juramentorum in eo, potestatem dominicam habentes: potestas in Summo Pontifice: Episcopus, Pater, & Tutor: Quis in domino, marito, ad num. 32.
- 33 Datur casus in quo nec relaxari, irritari; dispensari, nec commutari potest: relaxatio juramentorum ad quos pertinet; & alia ad rem, remissio; ad num. 37.
- 38 Additiones interantur, ad num. 62.
- JURAMENTUM in dubio est strictè interpretandum, tum propter gravem, quam in se continet, Religionis obligationem, tum propter perjuri periculum, adeoque illud, quod palam verbis expressum non est, censetur omissum; leg. Quidquid astringenda ff. de verbort. obligat. ibi: Quidquid astringenda obligationis causa dicitur est, id nisi palam verbis exprimat, omissum esse intelligendum est, aut certe secundum promissorem interpretandum. Et hoc colligitur etiam ex c. Cum Clerici 19. de verb. sign. (Ad rem lex 2. & 3. tit. 33. p. 7.) ubi juramentum à quopiam editum strictè per Innocentium III. Summum Pontificem interpretatur, & concordat c. Contingit 1. de iure jurando in 6. Et ratio est, quia ubi agitur de inducenda obligatione, utpote quid odiosum, debet fieri stricta interpretatio; cap. Odia 15.